UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

28. Novembris. 4. Cal. Decembr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

Visual Library

tem. Hæc eſt crudelis beſtia, fera peſſima, rapaciſſima lupa, & leæna ſæviſſima.

28. *Novembris.* 4. *Cal. Decembr.*

B. GUILIELME, totius Ordinis Ciſtercienſis Caput ac Superior Generalis XIII. qui in quoddam rudimentum ſuſcipiendi univerſalis regiminis Savigniacum per aliquot annos gubernaviſti. Sed poſteriores curas abſolviſti compendio, brevitate temporis per negotiorum numerum & utilitatem compenſans. Quorum immortalem memoriam ſacer Ordo Ciſtercienſis deprædicat, te promotore primus, (ſi fides hiſtoriis) qui honorifico Exemptionis omnimodæ privilegio à Sede Apoſtolica donatus eſt. *Obijt anno 1186.* *Exemptionis promotor.*

Una eſt exemptio, quam per te mihi impetrari à Summo Pontifice Chriſto anxiè rogo, nimirum à reatu peccatorum meorum: à quo ſi me eximere dignetur Dei clementia, verè & ego de exemptionis gratioſo titulo æternùm gloriabor.

Beati quindecim Monachi Lukenſes: quorum merita Chriſtus B. Rudolpho in læta ſimul & tragica ſcena manifeſtavit; dum oranti poſt nocturnas *Circa annum 1190.*

 vigilias.

Chriſti crux eſt vita religioſa. vigilias vos omnes ſecum ſingulis crucibus affixos oſtendit: adjecítque: vos rigidâ diſciplinæ regularis obſervantiâ veros eſſe Crucis ſuæ bajulos, ideóque futuros ſui regni coheredes. *Licèt Æterna Veritas non pronunciaſſet, Jugum Crucis ſuave eſſe; ex hoc tamen clariſſimum foret, quòd eos, qui illud ſpontaneis humeris ſuſcipiunt, ſæpiùs in hac vita, & æternùm in altera conſoletur.*

S. BERNARDUS, *ſ. 3. de dil. Deo.*

Cum Chriſto nolle pati erubeſcit anima fidelis. *Planè fideles nôrunt, quàm omnino neceſſarium habeant Jeſum, & hunc Crucifixum: dum admirantes & amplexantes ſupereminentis ſcientiæ charitatem in ipſo, id vel tantillum, quod ſunt, in tantæ dilectionis & dignationis vicem non rependere confunduntur.*

29. *Novembris.* 3. *Cal. Decemb.*

Obijt anno 1197. B. GUILIELME, Abbas Villarienſis, verè Pater, ſive charitatem in domeſticos, ſive in paupertate oppreſſos extra cœnobium conſiderem: utriſque enim tam liberalem porrexiſti manum; ut vacuum aliàs ea tempeſtate penarium cœlitùs redundaſſe, nemini non fuerit manifeſtum. *Hæc nimirum*

fiduciæ